



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1604

Vita S. Landoaldi S. Romanae Ecclesiæ Archipresbyteri: ex ea quam Nodgerus Episcopus Leodiensis fideliter conscripsit. Claruit anno salutis 650. &c. sub S. Martino, eius nominis I. Romano Pontifice.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42667

mihî signum fiat: Vbicunque ambulauero, si Psalterium meum dederò, & eadem die mihî redditum fuerit, ibi sit permanſionis meæ locus. Factum eſt; Recepit eum hoſpitio matrona quædam, cui vir Dei Psalterium ſuum dedit; requiſiuit: eique mox à muliere redditur. Hoc itaque ſigno, vt ſtationem ſuam vir Dei ibi faceret, confirmatur, ac inde non longè plus minusve, quàm duarum ſagittarum progreſſus, habuit Angelum Dei obuium, qui ei dixit: Serue Dei, hic tibi permãſionis locus à Domino parabitur. Erat autem hyems, & erat vir Dei ſub arbore ſedens. Venatores verò, cum per locum tranſitum facerent, viderunt eum ſedentem, atque arborem illam iuxta illum folijs veſtitam. Requiringentem autem virum, quis eſſet, ob Domini ſeruitium ſe de Ultramarinis partibus veniſſe, morarique hic velle reſpondit. Nuntiantibus igitur illis, fama; vitam beati viri longius ſpargente, tanta frequentia populi vndeque illuc aduenit, vt monaſterio factò, congregatio magna ſeruorum Dei ſimul habitantium ibi fieret. Cui præfuit multis clarus virtutibus B. Iohannes quadraginta quatuor annos; & requieſcens in pace, deſcriptus eſt 14. Cal. Aprilis, in loco, vbi præſtantur beneficia Dei uſque in hodiernum diem.

Angelus Dei illi obuiam ſic.

Plurimi ad eum accurrunt, & ſunt monachi.

VITA S. LANDOALDI S. ROMANÆ
Eccleſiæ Archipreſbyteri: ex ea quam Nodgerus Episcopus Leodiensis fideliter conſcripſit. Claruit anno ſalutis 650. &c. ſub S. Martino, eius nominis I. Romano Pontifice.

Vide tom. 8. Anna. C. Baron. & Ioan. Mola. in Indiculo SS. Belgij.

SANCTVS Landoaldus cum ob cõſummatæ 19. Martij, Seruditionis excellentiam, vitæque integerrimæ

R r r

mæ

mæclaritudinem, à B. Martino Antistite Romano summo semper in honore habitus esset; incrementibus indies viri sancti meritis: eum tandem S. Romanæ Ecclesiæ Archipresbyteratus

Ob raras animi
dotes consecratur Archipresbyter S. Romæ.
Eccles.

dignitate sublimavit. Quo ferè tempore S. Amadus Tungrensium vel Trajectensium præful eximius, iteratò Romam veniens; humili animi submissione pientissimo Papæ insinuat. Iolas vires suas non sufficere ad Ecclesiam sibi concreditam dignè regendum, ac vnà ad tam copiosæ infidelium mensis conuersioni assidue incumbendum:

Adiungitur B. Amando in opere coadiutor.

Proindè ad opus tam arduû, suppetias omnimodis sibi necessarias obnixè petere. Cuius pijs votis benignè annuens beatus Pontifex, adiunxit illi, præter complures alios, præclarum Christi sacerdotem Landoaldum, cum beato Amantio eius Diacono, cum primis sibi charis. Assumptis igitur sanctus Amadus sibi in opere destinatis strenuis cooperarijs: ad propria gratulabundus repedauit. Verumenimuerò extrema (proh dolor) gaudij (vt solet) luctus occupauit. Reuersus etenim; cû toto triennio vicos & castra suæ Dice-

Instituitur à S. Amando Antistite, in vicarium Episcopatus Trajectensis

cesios, verbum vitæ ac reformationis annuncians, ingenti labore circuiisset: oleum & operam omnem miserè perdidit. Itaque nihil se proficere cernens; Sacerdotes insuper & leuitas insultare sibi dolens: Landoaldum suum in Episcopatu vicarium constituit. Ipse verò deinceps ad alia loca demigrauit: ac conuertendis gentilibus haud contemnendo cum fructu allaborauit. S. Landoaldus autem iniunctas sibi Pontificatus vires summa omnium congratulatione ac collaudatione integros 9. annos administravit. Erat siquidem vir Dei vniuersis ornatus virtutibus, quasi pretiosissimis gemmis: fidei virtute robustus; pruden-

Encomium-
S. Landoal-
di.

prudencia solers; iusticia rectas; humilitate præ-
cipuus; castitatis & pudicitie gratia mundissi-
mus; assiduus in oratione, in vigilijs sanctis per-
noctans. Sacerdos reuera pietate magnus cun-
ctisque salutaribus disciplinis doctissimus. Tan-
tus ac talis, vt vno illi tanquam omnium Præce-
ptori præstantissimo: nobilis ac admirabilis ille
puer Lambertus, cui Deus geminam Episcopa-
tus ac martyrij palmam parabat, instituentis
traderetur ac committeretur. Vnde & illustris
eximique benignitatis vir Aper, præfati pueri
pater, vnum prædiorum eius, vocabulo VVinterf-
houen, super Archa fluuium sicum, viro Dei Lan-
doaldo perpetua hæreditate possidendum dono
dedit, vbi cum dilecto discipulo commoratus est:
ac insignem Basilicam Principi Apostolorum sa-
cram excitauit.

S. Puer Lam-
bertus ei cõ-
creditor in-
struendus.

VVinterf-
houen ca-
sus in Flan-
dria.
Archa flu-
men in Fla-
dria.

Extruit tem-
plum D. A-
post. Petro.

Porro præclaris admodum signis cum in vi-
uis tum post obitum, sanctum suum DEVS glo-
rificauit: inter quæ illud est inclytum. Quod
nempe in Ecclesie extruptione, cum pura de-
esset aqua; pia ad D E V M fusa cum discipulo
precaione, limpidissimum fontem, baculo in
terram impresso cum Crucis protensione, mira-
biliter produxerit: qui vsque hodiè dictis fidem
faciens perdurat scaturiens. Rursus & aliud
memorable, quod sanctus puer Lambertus, vr-
gente quadam necessitate, magistri dictis obe-
diens: prunas scintillantes illæto sinu ad eum cõ-
tulerit.

2. Insignia
miracula.

Tandem cum indefessus in vinea Domini ex-
colenda defudasset, Catholicæ & Apostolicæ do-
ctrinæ custos integerrimus: cursum vite presentis
explens, ac in senectute bona hominem exuens;

Moritur fe-
liciter S. Lã-
doaldus.

Rrr

præ-

præmium æternæ remunerationis accepit: sepultus in æde sacra quam ipse ædificari curarat. Cui solus Amantius eius Diaconus, & de sacro fonte filius, vno eodemque loculo post obdormitionem est associatus. Eleuati sunt Cal. Decemb. à Florentino II. post S. Lambertum Leodiensium Antistite:

tum diuina commonitione, cum multitudine miraculorum quæ ibi fiebant ferio excito. Nam cæci ibidem recipiebant visum: claudi gressum: manci restaurationem: atque varijs oppressi languoribus, perfecte sanati, Deo annuente, incolunt. Sacra verò Reliquiæ postea ob Nortmannicam deuastationem sub terra reconditæ, miraculis emergentibus, iteratò mundis oculis fuere inclusæ: ac demum anno Domini Natalis

980. per *VVomarum S. Bauonis Gandensis Monasterij Abbatem, ex prædio VVintershouen memorato, sui iuris pago, Gandauum translata: quas Reliquiæ sanctæ Gandæ *Lanulphus Tornacensium Antistes, de eximijs miraculis certior factus, è vilioribus & antiquis vasculis, biennio post, celebri solennitate translucit in noua scrinia, auro argentoque fulgentia: Idibus Iulij Natalis quidem celebratur 14. Calen. April. Eleuatio autem Idibus Iulij.

Vide C. Baron. tom. 8. & 9. Annal. Eccl. **VITA S. VVLFRAÑNI, SENONENSIS** Archiepiscopi, ex ea qua est per Ionam monachum Fontanellensem, eius contemporaneum. Migravit autem è corpore, anno restaurata sal. 720.

26. Martij. Patria S. Vulfranni & pater.

VVlfranus Senonum Pontifex, claris admodum natalibus, in territorio Vastinenfi ortus est. Pater eius Vulbertus, qui in aula Regis Dagoberti, & filij eius Clodouei, militaris gloriæ